



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 3. De comite Butone et manso tradito in villa Scitiru in pago Huuetigo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

testes qui uiderunt et audierunt enno folber leutheri eger fier rainuardus gubernante Corbeiam Adalardo.  
hrodhard badag uuulfhard uitger godo uillo humbert . . . . tado marchardus numero XVI.

duo fratres bosco et benno tradiderunt seruum suum dictum nomine hrod-  
uuertus ad reliquias sti stephani testes godhard deddo uicha dagharod he-  
chard uuilheri hildiuerd numero VII.

## §. 3.

*Buto comeſ* (d) tradidit mansum (D) unum in pago *buuetigo* (e) ſu-  
per

ſemus, ſi opus foret. Illud tamen intermittere non poſſimus, quin afferamus, eos quoque falli, qui ſeruitutem ætate demum Caroli M. arbitrantur in Saxonia et Westfalia eſſe introductam. Licer enim eo tempore Saxonia multis oppleta fuerit hominibus propriis, inde tamen non ſequitur, Carolum M. demum hanc introduxit ſeruitutem. Ante enim Caroli M. tempora ſeruos et ſeruitutem in omni pæne Germania, et ſic etiam in noſtra fuiffe Saxonia, docent nos verba Cornelii Taciti, ſie exponentia de moribus Germanorum: *Aleam, quod mirere, ſobrii (Germani) inter ſeria exercent, tanta lucrandi per diue temeritate, ut cum omnia defecerunt, extremo ac nouifimo iactu de libertate et de corpore contendant. Vicit voluntariam SERVITUTEM adit. Quamuis iunior, quamuis robustior, alligari ſe ac venire patitur. SERVOS conditionis buius per commercia tradunt, ut ſe quoque pudore victoria exfoliant. Ceteris SERVIS, non in noſtrum morem descriptis per familiam ministeriis, utentur. Suam quisque ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut uestis, ut colono iniungit: et SERVUS baſtenus pareat. Cetera domus officia uxor ac liberi exequuntur. Verberare SERVUM, ac vinculi et opere coercere, rarum. Occidere ſolent, non disciplina et ſeruitute, ſed impetu et ira, ut inimicum, niſi quod impune. Liberti non multo ſupra SERVOS ſunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate, exceptis duonataz iis gentibus, que regnantur. Ibi enim et ſuper ingenuos et ſuper nobiles ascendunt. Apud ceteros impares libertini liber- tatis argumentum ſunt.*

(d) Butonis nomen in noſtra Saxonia non inuifitatum fuiffe, ex Huebaldi Vita Lebuini, DeComique in Laurentii Surii Histor. Sanct. Tom. VI. mens. Nouemb. f. 282 seqq. re-teButone peritur, conſtat. Cum enim Saxones noſtri in media Saxonia ſecus flumium Wi- et loco ſeram et locum Marklo nuncupatum, exercerent generale concilium, traſtantes communis commoda utilitatis, Chriſti miles Lebuinus deſtinauit animo, ſe illuc iturum. Spretis quoque dehortationibus cuiusdam illuſtris ac potentiis viri nome-nome Folberti, adiit Lebuinus iſtud concilium Saxonum in loco Marklo, cumque cerneret, Saxones noſtri ad iſtituta proauorum ſuorum numinibus ſuis vota ſoluere ac ſacrificia, in media illorum prorumpit agmina, atque ex improuifo vociferan, exaltat vocem ſuam vt tuba, redarguens ſcelera eorum et idololatriam, prenunciataque illis, Deum praordinataſte forteſt regem, Saxonum regionem aggrefſum et gladio, viftate, incendio atque exterminio cuncta depopulaturum, niſi conſeffim paenitentiam agerent. Quibus dictis Saxones, idololatriæ tenacissimi, perſtrepunt vndique clamore confuso: en ecce adeſt ſeductor ille, facrorum noſtrorum et totius inimicus patriæ, aequum eſt, vt debitas ſumat ſuo ſanguine penas. Tum ex proximis lepibus palos rapiunt, detruncant et excavunt, vt eum illis ſudibus perimerent. Sed inter iplos tamen erant quidam fanæ mentis, quorum corda Deus terigerat, qui haec fieri in sanctum Dei omnimodiſt prohibebant; quorum vnuſ ceteris honoratioſt nomine *Buto*, cuius dehortationibus ceteri commoti, communi decreuerunt conſenſu, ne a quoquam impeteretur Lebuinus. An hic *Buto* vnuſ idemque cum noſtro *Butone* ſit, pro certo quidem affirmare non poſſimus, quia Lebuinum iam anno 766 in Aldeſale villa in pago Twente mortuum eſt, et conſequenter haec ante annum 766 accidisse conſtat ex Wilh. Hedæ Historia Episcoporum Ultraiectensium p. 38. Interim ex hiſce maniſtum eft, *Butonis* nomen in Saxonia noſtra in vſu fuiffe. Forte noſter *Buto* filius huius senioris, et conſanguineus Widekindi M. erat. In

Ab anno per fluum *embrine* (f) in villa nuncupante *scitiru* (g) testes helmuni  
8:2: vique rainger teoduuard gherhard sehard teoding heribert.

8:6 im-  
perante  
Hudo-  
uiico et

§. 4.

eius enim stirpe nomen Butonis non fuisse inusitatum, in sequentibus videbimus  
conf. infra Addenda num. 192.

De Man-  
fis.

(d) *Mansum* denotare vnam houam sive huobam germanice *eine Huse Landes*, discri-  
mus ex verutissimo quadam MS<sup>o</sup> Registro Prouentuum et Bonorum tempo-  
ralium incliti monasterii Corbeiensis, in quo haec verba leguntur: *In Visbecki*  
*continetur salica terre quatuor mansi sive huobae, unaqueque eorum LX habens iugera.* Item: *In Hesduni duo continentur huobae vel houae, hoc est mansi latine, una-  
queque earum habens LX iugera, et insuper XVII iugera.* Item: *In Liuimares-  
buson continentur tres huobae, id est, houae, hoc est mansi, et unusquisque mansus ad  
LX iugera extenditur, et insuper XXX iugera.* Sie quoque rex Arnolfus dilecto  
ac fideli comiti suo Ekbertho VII idus decemb. indicit V anno DCCCXCII  
donabat infra terminos pagorum *Tilithi, Marßheim, Lainga et Bardanga XXXVI*  
mansos, id est, hobas tante magnitudinis, ut unusquisque mansus *turnales* LX  
haberet in mensura. Hinc J. G. Leuckfeldius in *Antiquitat. Kaltenborn.* p. 95.  
mansum non recte interpretatur *einen Keblin- oder Meyerhoff auf den Dorffern*;  
errant quoque Marquardus Freherus Tom. I. *Script. Rerum Germanic.* edit.  
Struianus f. 709, qui per mansum intelligit *eine Morgen Landes*, et Winckel-  
mannus in *Notitia Veteris Saxo-Westphaliae* Libro III cap. 5 de origine et confi-  
tutione episcoporum in Saxonie, vbi num. 40 ita iudicat: *Addictus est unicuique ecclie eius mansus, dictus a manendo.* Erat villa *constans XII iugerbis ter-  
re arabilis, eine Huse Landes, ut interpretatur auctor Speculi Saxonici.* Ex hoc  
vero idem Winckelmannus ita concludit: quia Carolus M. duos duntaxat man-  
sos cum XII iugerbis et duobus mancipiis vnicuique ecclie attribuit, ergo  
Carolus M. voluit, ut sine clericis pauperes et parvus rebus contenti. Ex falsis  
autem enuntiationibus premissis falsa sequitur conclusio. Minime profecto Ca-  
rolus M. fuisse sapiens, si ea, qua vult Winckelmannus, mente praeditus fuisset.  
Maiori inuestigatione et inquisitione nobis digna videntur verba imperato-  
ris Friderici in diplomate, dato ad annum 1160, indicit X, IIII Kal. Martii,  
qua ita sonant: *Mansi Franconica lingua Leben appellantur.* In quibus verbis  
vox *Leben*, beneficium seu feudum interpretanda. Sic mansus rectissime deno-  
minatur a manendo. Quidquid enim quidam in feudum offert, manet ei, et  
id postulat, ut eadem res ipsi et sue legitime posteritati in beneficium conce-  
dantrur. *Buto* ergo comes le cum LX iugerbis in vasallum seu clientem be-  
neficiarum abbatie nostri Adalardi, qui consanguineus imperatoris, atque aucto-  
ritate grauis et gloria clarus erat, obtulisse videtur.

De Pago  
Huueti-  
go.

(e) *Pagum Huuetigo* in comitatibus Pyrmontano et Sualenbergico atque adiacentibus  
provinciis querendum esse, multa in nostris Corbeiensibus euincunt. Ponun-  
tur in hoc pago villa *Billarbechi, Bracu, Diringifa marca, Adekenbuson, Mucho-  
buson, Bennanbuson, Valabroc, Dadanbroch, Samanibiki, Horuan, Protinchorp,*  
*Vinesbiki, Rasseti, Knechtabuson, Bokinbuson, Scuni, Berechem, Homa, Holtbuson*  
et aliae, de quibus plura in sqq. Fuisse vero illum *pago Auga*, in quo erat Cor-  
beia nostra, contiguum, liquet ex diplomate quadam dato in palatio regio Werla  
anno D CCCC XXXX et haec tenus inedito. Fuit quoque in hoc pago villa *Li-  
uitibi*, de qua non incongruum erit memorasse, errare viros doctissimos, illam  
oppidum hodiernum Lüde fuisse, predicantes. Vrbs enim Lüde est opus recenti-  
oris structura, verusque villa *Luitibi* inter villas desolatas recensenda, ut in  
sequentibus sumus ostensuri.

De Flu-  
vio Em-  
brane.

(f) *Fluuius Embrine*, hodie dictus die Emmer, per comitatus Sualenbergicum et Pyr-  
montanum tandem ad villam *Emmer* infra prefecturas Gronde et Olsen influit  
Wiseram, quam corrupte Romani dixerunt Visurgim, ut id quidem non ex rela-  
tione aliorum, vel ex charta geographicâ, sed nostra inspectione, memoramus.

De Sciti-  
ru villa.

(g) *Scitiru* vel *Scitira*. Vraque placet? a enim et u accuratissime in verutissimo  
codice nostro discerni non potuerunt. Annales Rerum Francorum villam  
hanc modo *Kidrobburg*, modo *Skidrobburg*, modo *Skidinburg*, modo *Cidrobburg* appell-  
lant.